



**R. P. Ildephonsi Peñafiel E' Societate Jesu, Quondam In
Cusquensi Collegio Sacrae Theologiae Primarij
Antecessoris ... Theologia Scholastica Naturalis**

Peñafiel, Alonso

Lugduni, M.DC.LXXIIX.

Sebsect. 1. Secundum Argumentum principale ponitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95871](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95871)

actualiter sine dependentia à deo; sed hoc est aperte hæreticum: ergo nulla creatura futura vel actualis est à se, sed à Deo libere volente: ergo deus libere volens, quatenus talis, seu liberum decretum dei est causam in esse potentis pro-

ductere ipsum effectum: ergo talis effectus debet antecedere seipsum prioritate reali naturæ, quatenus complet suam causam; quia causa non incompleta, sed completa præcedit prioritate naturæ effectum: ergo ipsum complementum præcedit suum effectum, sed creatura est complementum suæ causæ, id est actus liberi: ergo creatura præcedit naturam seipsam quod est omnino absurdum, ut patet ex axioma supra posito, quia quicquid producit ab alio, complete constituit in esse potentis producere producit; unde causa completa est opposita relative suo effectui, ac proinde distinguitur realiter ab illo, adhuc quatenus completa, &c.

Atqui omnis creatura futura, vel actualis est effectus Dei libere volentis: ergo non potest constituitur Deum complete libere volentem. Minor illa patet ex supradictis. Maior autem exemplo visionis, & speciei impressæ est clarissima; visio enim, & intellectio non possunt complere potentiam visum & intellectum, ut species impressa ad producendam seipsam visionem, & intellectio, unde in omnium sententia species impressa distinguitur realiter à visione, & intellectione, quia species impressa complet potentiam visum ad producendam visionem, & utraque constituunt vnum principium visionis productivum, ac proinde utrumque debet distingui à visione realiter.

Exemplo certissimo in fide nostra ostenditur hæc veritas, quia non solum Pater æternus distinguitur realiter ab Spiritu sancto, sed etiam Verbum diuinum seu filius æternus, & ratio est, quia non solum Pater, sed etiam Filius est principium productivum Spiritus sancti, ita ut Pater, & Filius sint vnum principium terciæ persone: atqui non solum entitas causæ, sed etiam complementum causæ sunt vnum principium ad æquatum effectus: ergo non solum entitas causæ, sed etiam complementum illius in esse causæ debet esse distinctum ab effectu realiter, sed id quod distinguitur realiter ab aliquo, non est illud ipsum, à quo distinguitur: ergo effectus non est complementum suæ causæ, neque complementum est effectus illius, sed actus liber Dei, & complementum talis actus liberi, hoc est actus liber completus est causa omnis creaturæ: ergo nulla creatura est complementum actus liberi Dei.

Respondet Pater Herize talem causam dependere ab actu dei, quatenus actus est sufficiens constituitur actum illum in esse efficacis actus.

Sed contra manifeste primo. Quia illa creatura futura, vel actualis non solum est effectus actus sufficientis, sed etiam actus liberi efficacis, quatenus talis in suo ordine, sed ut patet ex dictis effectus nullo modo constituit suam causam: ergo creatura futura, vel actualis non constituit actum liberum efficacem. Maior sic probatur, quia causa illius creaturæ non est actus inefficax: ergo est actus efficacissimus, est actus inefficax; quia inter actus diuine voluntatis efficaces, & inefficaces, seu sufficientes luntatis efficaces, sed creatura futura, vel nullum datur medium; sed creatura futura, vel actualis non est effectus actus inefficacis: ergo est effectus actus efficacis. Minor illa sic probatur,

84 **Q**uia effectus alicuius causæ non potest complere ipsam causam, & constituit illam in esse necessario ad productionem talis effectus, alias ille effectus ante se esset completus, & non esset ante se prioritate reali naturæ: non esset ante se realiter; ut ex se patet, esset ante se realiter,

SVBSECTIO II.

Secundum argumentum principale ponitur.

84 **Q**uia effectus alicuius causæ non potest complere ipsam causam, & constituit illam in esse necessario ad productionem talis effectus, alias ille effectus ante se esset completus, & non esset ante se prioritate reali naturæ: non esset ante se realiter; ut ex se patet, esset ante se realiter,

tur, quia actus inefficax non habet infallibilem effectum, imo nullum habet effectum, licet quantum est ex vi illius actus possit habere effectum; sed illa creatura futura est effectus infallibilis, & infallibiliter ponendus: ergo non est effectus actus inefficacis, seu sufficientis. Maior sic patet; actus ille, quo vult Deus omnes homines saluos fieri est inefficax; circa non salvandos, & quia talis est non habet effectum executioni mandandum, & ideo beatitudo Iudae, aut Diaboli neque est futura, neque actualis, & ratio evidens est; quia si ex vi alicuius decreti Dei sequitur effectus infallibiliter talis, actus infallibiliter decrevit fieri, & quia sic decretum est, sic factus est effectus: ergo manifeste sequitur tale decretum fuisse efficax, & non fuisse inefficax, seu sufficientem; si enim non fuisset efficax, quomodo infallibiliter haberet effectum; quia conditio manifesta est ut detur efficientia effectus, & non detur efficacia in causa.

88 Exemplo manifestissimo hoc demonstratur; quia sicut se habet efficacia auxilij in esse auxilij, ita se habet efficacia actus voluntatis Dei in esse talis actus; sed in confesso est apud omnes auxilium illud esse efficax, & non inefficax, ad quod sequitur infallibiliter effectus: ergo similiter illud decretum erit efficax, ad quod infallibiliter tanquam ad causam sequitur effectus, & sicut evidens est, quod sicut efficacia auxilij habetur in ordine ad effectum ut ad terminum, non tamen constituitur in esse efficaciae ab ipsa entitate effectus, quia nulla causa constituitur à suo effectui; sic similiter licet efficacia decreti sumatur in ordine ad futuritionem; ut ad terminum, hoc est, quod talis efficacia sit causa infallibilis talis effectus, nihilominus non constituitur ab ipsa mutatione futura, sicut etiam potentia intellectus sumitur in ordine ad intellectiōnem, non tamen constituitur ab ipsa intellectuione in esse intellectus.

89 Contra secundo, quia actus absolute decernens sine aliqua conditione futurum effectum, antecedit ipsum effectum ut futurum, & ut actuale, quia est causa transitus effectus à possibilitate ad futuritionem; sed actus absolute decernens sine aliqua conditione futurum effectum absolute, ac simpliciter est efficax, ut fateretur ipse P. Herize: ergo actus absolute efficax antecedit effectum futurum, & actuale: ergo non constituitur ab effectu in esse efficacis. Maior certissima est, quia actus, quo decrevit Deus dare primum auxilium efficax ad contritionem, v. g. in D. Paulo dum persequutus Christianos se in Damascum conferebat, est actus absolute decernens sine conditione antecedens futuritionem talis auxilij; quia executio illius non dependet à libertate hominis, quae poterat esse sola conditio, licet contritio sequuta tale auxilium libere fiat ab homine praenitente: ergo actus absolute decernens sine aliqua conditione, &c.

90 Tertio contra, quia efficacia decreti est efficacia actus voluntatis, quatenus distinguitur ab efficacia omnipotentiae, ac proinde est idem cum ipso actu voluntatis; sed mutatio creaturae non constituit per vos decretum Dei in esse actus voluntatis: ergo non constituit ipsum actum in eo, quod est idem cum ipso scilicet in esse efficacis. Maior sic probatur, quia nihil aliud est efficacia actus, nisi quod ita absolute, & infallibiliter decernat rem, ut non possit aliter evenire in potentia consequenter: sed absolute decernere in actu est idem, quod talis

I. P. Tom. II.

actus voluntatis; sicut ardentem amare nihil aliud est in actu, quam talis perfectio entitativa actus: ergo efficacia actus diuini est idem cum entitate actus voluntatis. Minor illa sic probatur; id quod constituit actum intrinsece est entitas ipsa actus, & est idem cum ipso actu; sed efficacia actus constituit decretum illud in esse intrinseco: ergo est idem cum ipso. Minor sic probatur; quia omnis perfectio quae datur in actu in ordine, vel quasi ordine ad obiectum constituit actum intrinsece in esse actus, quia ordo, seu connexio actus cum obiecto, aut perfectio illa explicata per ordinem ad obiectum est intrinseca ipsi actui; ut videre est in relatione amoris, ut sic, quia quia est in ordine ad obiectum, est intrinseca actui voluntatis; sed efficacia actus, quia est absolute decernere obiectum, ut sine ordine aliquo infallibiliter fiat, est in ordine, aut quasi ordine ad obiectum: ergo est intrinseca perfectio illius.

Dices, efficaciam actus non esse intrinsecam rationem actus, quia actus ille constituitur in esse efficacis per efficientiam omnipotentiae.

Sed contra, quia hoc est impossibile: nam etiam ipsa efficientia omnipotentiae est effectus efficacis liberi; nam si non praecessisset actus efficax decernens, non daretur talis efficientia omnipotentiae, nam ex actu inefficaci non sequitur efficientia actualis omnipotentiae; unde evidenter colligimus à posteriori ex efficacia, seu efficientia omnipotentiae, quae sequitur ad actum voluntatis consequi ad illum, quatenus efficacem & maxime talem; atqui effectus, ut iam probauimus, non potest constituere causam sui ipsius: ergo non potest efficientia omnipotentiae constituere actum efficacem liberum.

Vergetur, & explicatur amplius; nam decretum liberum Dei respicit ut obiectum & ut effectum, non solum existentiam rei creatae, sed etiam creationem, & productionem eiusdem, ut Sanctus Thomas docet 1. p. q. 23. art. 2. ad 3. nam quando vult Deus existere creaturam in tali tempore efficaciter, vult etiam efficaciter & libere productionem, seu actionem, per quam existere debet talis res; quia sicut non potest esse existentia rei sine existentia, & productione: ita etiam non potest velle efficaciter solam existentiam rei; sed etiam existentiam ipsius, & actionem, per quam debet produci talis res; & ideo quando D. Thomas explicat decretum liberum Dei pro directo obiecto illius, ponit creationem, seu productionem & in obliquo id, quod per talem productionem producendum est, v. g. Deus vult ab aeterno creare hunc mundum; ubi mundus creatus ponitur accusandi casu, ac proinde in obliquo; & post ipsam creationem, creationem autem ponit primario directe significando illam per infinitivum creare: ergo sicut existentia rei, quia dependet à decreto libero, ut effectus à causa, non potest constituere ipsum decretum, neque in esse efficacis, neque in esse liberi; ita similiter productio, aut creatio ipsius existentiae non poterit constituere actum liberum, neque in esse efficacis, neque in esse liberi; quia etiam creatio, seu productio dependet ut effectus à causa ab actu libero efficaciter; ex eo quod ut talis creatio in tempore oriatur & fluat ab omnipotentia, necesse est, ut praecesserit ab aeterno decretum efficax liberum Dei, determinans talem actionem in tempore fluere ab omnipotentia.

Uterius efficaciter confirmatur; quia Deum efficaciter velle facere non est idem, quod Deum facere, sed si productio, seu creatio constitueret

Q 9

strueret

stitueret diuinam volitionem liberam efficacem, idem esset velle facere, & facere: ergo creatio, seu productio non constituit ipsam volitionem liberam efficacem in esse efficacis liberæ. Maior est certa ex Scriptura, quia in ea semper Dei velle constituitur diuersum ab actuali operatione, seu actuali facere, vt *Psal.* 113. & 134. [omnia quæcunque voluit fecit in cælo, & in terra] *Indith.* 9. hoc factum est, quod ipse voluisti *Ioann.* 5. [Filius quos vult, viuificat.] & *ad Rom.* 9. [Cuius vult miseretur, & quem vult, indurat.] & *Psal.* 17. [Saluum me fecit, quoniam voluit.] Et ratio quare scriptura faciat diuersum facere à velle efficaciter facere est, quia vt supra vidimus, & late demonstrauimus ipsa Scriptura facit ipsum velle efficax, & asserit esse causam ipsius facere, quod patet manifeste per particulas quibus vritur, dum loquitur de facere, & de velle efficaciter facere, quæ particulae causales sunt, vt patet ex modo proposito loco *Psal.* 17. [Saluum me fecit, quoniam voluit] particula enim illa quoniam causalis est, & est synonyma particulae, quia, ac si dicat fecit Deus salutem meam, quia efficaciter voluit illam: atqui particula, quia, est causalis ac proinde debet intercedere inter causam, & effectum; vnde hæc est falsa propositio, homo est prædestinatus, quia Ioannes currit, aut quia Turca viuit, aut ideo Deus est immensus, & infinitus quia Petrus legit librum; & tota ratio est, quia legere librum, currere Petrum, Turcam viuere non sunt causæ prædestinationis diuinæ, & diuinæ essentie: ergo si est vera hæc propositio, Deus saluum facit, quia voluit saluum facere, velle saluum facere erit causa facere, vel faciendi saluum; sed causa efficiens vti est hæc distinguitur tanquam excludens ab excluso ab effectu: ergo velle saluum facere, & saluum facere actu ex scriptura distinguuntur tanquam excludens ab excluso, & non erunt idem.

94 Dices hanc loquutionem intelligendi non de velle efficaci, ac proinde dicere scripturam esse causam efficientem ipsius facere saluum.

Sed contra manifeste & euidenter; nam illud est velle efficax, & non inefficax, ad quod velle infallibiliter sequitur effectus, vt postea latius demonstrabimus: sed Scriptura ait iam de facto Deum saluum fecisse David, & tribuens causam saluum faciendi, ait esse volitionem diuinam, quæ præcessit, & ideo ait [saluum me fecit, quoniam voluit:] ergo illud velle, quod est causa saluum faciendi non est inefficax, sed proprie efficacissimum: ergo velle efficax Dei distinguitur tanquam excludens ab excluso ab ipso saluum facere: ergo non sunt idem velle efficaciter saluum facere, & ipsum saluum facere.

95 Minor prima, & præcipua sic demonstratur; quia ideo concurrere omnipotentiam, & facere illam effectum sunt idem, quia supra omnipotentiam nihil addit aliud præter facere; quando dicitur concurrere; sed per te quando dicitur Deum actu velle facere, nihil addit, neque intrinsecum neque extrinsecum, nisi ipsam facere: ergo si velle facere constituitur per ipsum creare, & facere formaliter, idem erit velle facere, & facere.

96 **Q**uia hic est articulus de fide actuale prædestinationem & absolutam electionem ad gloriam esse decretum liberum Dei ab æterno; ac proinde actum æternum liberum ipsius, & non temporalem, seu in tempore de nouo existentem in Deo: sed si decretum liberum prædestinationis constitueretur formaliter; & vltimo in esse liberi per creationem, & productionem actuale, siue gloriæ siue cuiuscunque termini creati, electio, seu prædestinatio absoluta, & libera Dei non esset ab æterno, neque æterna, sed in tempore de nouo esset: ergo prædestinatio libera Dei, seu actus liber absolute prædestinandi non constituitur formaliter per creationem, seu actionem Dei actualem producentem, seu efficientem aliquem terminum creatum, Maior quoad primam partem est certa, & probatur primo ex illo Pauli *ad Ephes.* 1. [Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem] & subdit inferius. [Qui prædestinavit nos.] Vtique tunc, quando nos elegit, vnde subdit inferius: [prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ:] ergo electio & prædestinatio est ab æterno, & hoc sonat ille modus loquendi ante mundi constitutionem; vnde *ad Corinth.* 2. sapientia incarnata dicitur [prædestinata antequam in gloriam nostram,] quibus locis omnes Patres agnoscunt prædestinationem esse æternam, & Augustinus de prædestinat. *Sanctior.* cap. 10. & de bono perseverant. cap. 14. Fulgentius lib. 1. ad Manimum cap. 12. & 13. & hanc rationem tribuunt: quia illa particula *præ*, significat antecessionem diuinæ prædestinationis ad effectum eius, qui est transmissio in gloriam, quæ median- te gratia in tempore fit, illa autem antecessio non potest esse per durationem finitam, quia non est maior ratio de hac duratione finita quam de alia, ac proinde debet esse antecessio per æternitatem; quia nihil potest conuenire Deo ex tempore præter denominationes extrinsecas provenientes ex actuali effectione, seu creatione quæ constitunt Deum efficientem seu creatantem actu; prædestinatio autem non dicit huiusmodi denominationem, cum antecedit existentiam effectus creati, ad quem dicitur habitudinem tanquam propria, & completa causa efficiens illius: ergo necesse est vt conueniat Deo ante temporis initium; vnde acute Hentius quodlibet 9. q. 1. distinguit in Deo duplices relationes rationis, quædam sunt, quæ secundum rem præsupponuntur aliquomodo in creatura, & per quandam correspondentiam, vt ipse ait, formantur in alio extremo, scilicet Deo, & huiusmodi sunt relatio Creatoris, Domini, & similes, quæ actionem transeuntem consequuntur; alia vero sunt, quæ per se primo formantur in ipso Deo, vt relatio prædestinantis, eligentis, &c. in hoc ergo genere collocandus est hic respectus, quem intelligimus consequentem determinationem liberam: fundamentum qui ad determinationem liberam, sed in ipso ergo eius non in aliqua re extrinseca, sed in ipso Deo querendum est, & sine dubio ita esse videtur; nam Deus ex se solo se libere determinat, vt hoc velit potius, quam illud; & ideo non videtur ille respectus, seu denominatio posse prius in alio fundari, quam in ipsomet Deo, in quo est magna differentia inter volitionem liberam, & scientiam, etiam quatenus dicitur scientia visionis, & dicitur aliquo modo